



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Pvgnā Spiritvalis

Scupoli, Lorenzo

[S.l.], 1599

VD16 S 5184

Càp. XXXI. De Spirituali Communionē, seu sumptionē huius Sacramenti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49116](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49116)

254 CAP. XXXI. *Pugna*
toto per vniuersam Ecclesiam
Omnipotenti Deo offerun-
tur, pariter offerre.



CAPVT XXXI.

De Spirituali Communione.

*Spirit.
comu-
nio po-
test ite-
vari se-
pius in
die.*

Dilecte fili, tametsi tibi p-
diem semel duntaxat su-
mere liceat Dominum Deum
in Sacramento; tamen spiri-
tuali sumptione poteris eius
singulis horis atque momen-
tis particeps fieri. Ab hac
enim sumptione nulla te crea-
tura, præterquam tua ipsius
negligentia ac culpa, impedi-
re

re potest. Quinetiam hæc
spiritualis communio tibi nõ-
nunquam vtilior esse poterit,
quàm Sacramentalis; præfer-
tim si te ad hanc non satis dili-
genter ac piè præparaueris.

Quamobrem quoties pro-
ponis spiritualiter communi-
care, teque eò præparas; sem-
per inuenies filium Dei ac Do-
minum tuum paratum, suis te
manibus proprijs spiritualiter
cibandi. Ad hanc autem spiri-
tualem Communionem sic te
ferè præparabis. Conuerte
animum tuum hac intentione
ad Deum; tuamque fragilita-
tem atque defectus meditan-
do

*Præpa-
ratio
ad spi-
rit. cõ-
muni-
onem.*

256 CAP. XXXI. *Pugna*

do in memoriam reuoca, & simul de ijsdem veram ac intimam contritionem, dolorēque concipe: moxque amanti corde Domino Deo tuo supplica, vt fragilem tuam animā ingredi, teque suo vero corpore ac sanguine per seipsum cibare non dedignetur.

Similiter, cum vehementi zelo aliquam in te prauam ac molestam passionem mortificare; vel è contrario alicuius virtutis actum exercere uolueris: teipsum prius hoc modo spiritualiter communica. Ver-te cogitatum ad Dominū Deum tuum, ipsumque ardenti prece-

prece inuoca, vt ad intima cordis tui ingredi dignetur. Aut recorderis saltem prioris Sacramentalis Communionis, & feruenti desiderio ad ipsum dicito: Domine Deus meus, quando te demùm in intima animæ meæ suscipiam? O Deus meus, veni etiam nunc virtute pari in me spiritualiter, & adiuua.



CAPVT XXXII.

De gratiarum actione.

VNiuersa quæ facimus bona, à Deo proueniunt, & ipsius